



COPIA DECRETI
S. D. N. VRBANI PAP. VIII.
pro vnico, ac singulari Patronatu
S. Iacobi Apostoli.



*Um fuerit supplicatū pro parte Canonicoꝝ Eccle-
siae Compostellanae, & vniuersi Cleri Coronae,
Castellae, & Legionis, Sanctissimo, pro declara-
tione, an Breue Sanctitatis suae datum Romae
apud Sanctam Mariam Maiorem, sub annulo
Piscatoris, die 22. Iulij 1027. super confirmatio-
ne electionis Sanctae Theresiae in Patronam
praecipuam praedictorum Regnorum Coronae
Castellae, & Legionis, suffragetur: Sanctitas
sua remissit negotium discutiendum certae Con-
gregationi Praelatorum, habenda, coram Illustrissimo, & Reuerendissimo
Domino Cardinali Caetano; quae Congregatio pluries auditis partibus, & re-
maturè perpensa, die 2. Decembris 1029. coadunata in Palatio praedicti Illus-
trissimi Cardinalis, fuit in voto, praedictum Breue minimè suffragari. Posse
tamen [si Sanctissimo placuerit] ad supplicationem Regis Hispaniarum con-
cedi per Sanctitatem suam nouam Patrocinij gratiam, petentibus pro singulis
Ciuitatibus, & Diocesisibus dumtaxat; quarum Episcopus, Clerus, & popu-
lus coniunctim electioni, & constitutioni dictae Sanctae Theresiae in Patronam
consenserint. Cuius voti facta per Illustrissimum, & Reuerendissimum Domi-
num Cardinalem praefatum relatione Sanctitati suae, Sanctissimus annuit, &
ad instantiam petentium mandauit expediri litteras Apostolicas in forma
Breuis.*

Aloys. Cardinalis Caetanus.

Tegr. Tegrinius Secret.

Impresso con licencia del Ordinario del Arçobispado de Granada.